

I. N. J. A.

23

DISSERTATIO PHYSICO-BIBLICA

De

DILUVIO,

Gen. VI. & VII.

Cujus Partem PRIOREM

Consentiente Ampliss. Fac. Philos. in Reg. Acad. Aboëns.

Sub PRÆSIDIO

VIRI Max. Reverendi atque Celeberrimi

D.JOH. BROWALLII

S. S. Theol. Doct. Scient. Nat. Prof. ord.

publicae ventilationi submittit

ERICUS LEMQVIST.

Satacundensis.

Ad diem XVI. Julii, An. MDCCXLII.


loco horisqve convetis.

ABOË, exc. Reg. Acad. Typ. Joh. Kiæmpe.

Docissimo
Dn. ERICO LEMQVIST,
Amico Iuvissimo.

Precipitat Mars acer equos galantique comantem
Induit, & valido pectus defendit akenos;
Ne minus ipsa minis frendens Bellona superbis
Horrida sanguineis intendit spicula nervis
Et stygium medio spargit pulmone venenum.
TE tamen Aonidum rapiunt commercia totum;
Namque in nature modo figere lumina libo
TE juvat indomitum, modo stat per cuncta vagari
Secula, queque vetus quoq; am e lebrauerat orbis
Volvare facta, graves priscis annalibus ausus
Eruere & longa clarorum demere nocte
Dicta ducum! Tibi nempe simus tot facta reclusi
Arcanos doctrina sinus, dum grandia Jove
Facta resers & aquis latitantia rudera terre.
I licet hoc pulcre dum pingis Candide LEMQVIST
Te plausu decorent eutores Palladis omnes,
Pegasii fontis quorum est haurire liquores,
O TUA sic aetas currat sua ut plaustra Bootes
Jungat ovans, meliorque suas effundat babenae
Frotinus. At Pallas meritas TIBI docta corollas
Necat & eternas capiti suspendat olivas.

De iterato specimine Academico gratulaturus lices
occupatissimus scriptit
JACOB. ABR. ALANUS.
Mag. Doc. in Scient. Nas.



I. N. J. A.

§. I.

Dicit nos Moles Gen. VII & VIII. capp. A.
M. 1656 (*), totum terrarum orbem, per
diluvium quoddam funestissimum (**), a-
qvis penitus immersum & cooperatum
fuisse. Disruptis enim fontibus abyssi (***) , & te-
nacris leu. cataractis ecce i reteratis (****). indeque
ortis imbris per XL. dies continuis (*), tradit
est etiam, ut restagnarent ubique terrarum ea altitu-
dine aquæ, ut supra editissimorum montium verti-
ces (**), XV. cubitorum (*) profunditas esset. Pe-
riit sic omne animal vivum, omnesque homines
suffocati sunt, excepto pio Noacho ejusque fami-
lia. Hic enim peculiari Dei consilio fabricavit sibi
aream, & in ea seipsum, suam conjugem, tres fi-
lios totidemque nurus, una cum quorumlibet ani-
malium statimibus conservavit. Post 150. dies
(****), paulatim defluere cœperunt aquæ & arca
Noachi subiicit in montibus terræ Ararat (*,***);
sicque tellus iterum pedentem exsecata fuit.

A

De

(*) De anno quo contigit diluvium, dissensus est inter Chronologos. Alii etenim A:o M. 1656, alii 1657, alii iterum calculum LXX. interpretum incaute fecuti, A. m. 2242. incidisse perhibent. Nos hanc item nostram non facimus; Tuto tamen, innixi fidei Sc. Sz adserimus A. M. 1656, fuisse annum diluvii. Qvod etiam praestantissimi Chronologi dudum ad oculum demonstrarunt. Vid. JAC. SALIANUS in Appar. Annal. Ecclesi. ad An. 1656. n. 18.

(**) Moses Gen. VI. 17. VII. 17. appellat נְבָל a R. נְבָל cecidit, decidit; qvia imbræ tam densi ceciderunt, ac si lagenis effusi essent, qvorum vi omne animal vivum extra aream existens cecidit & periit. cfr. CHR. STOCKIUS in Clave Ling. Sanc. V. T.

תְּהוֹם רֶבֶח תְּהוֹם רֶבֶח (*** Gen. VII. 11. Per abyssum magnam, nihil aliud hic intelligit Moses, quam stupendam illam & immensam aquarum molem, quam in telluris creatione DEUS, vel ejusdem centro, vel subterraneis cavitatibus, hiatibus & meatibus, vel utriusque inclusis, illicque capacissimas sedes ei fecit, Gen. I. 8. Prov. VIII. 24. Hæc abyssus magna in diluvio variis in locis rupturas egit & fissuras, & ex illis magna vi in superficiem telluris ebullivit. Qvat rupturæ, hic fontes abyssi vocantur. Qva autem ratione id contigit, & unde tantam aquarum congeriem in sinu telluris contineri constet, in sequentibus dabitur edifferendi locus. Cfr. EDM. DICKINSON in Physica Vet. nov. Cap. VIII. §. 10. p. 107.

(**** אַרְכִּיבַת הַשְׁמִינִית Fenestras coeli. Per fenestras coeli innuuntur hic nubes cum complexu vaporum in Atmosphera contentorum. LXX. reddunt catarra-

etas, a narrappantissi imperiose rno, desubor. Quid
imbris veluti claustris & repugnis soluti, eum fragmi-
nibus nubium, magna copia in terram se exonerarunt.
Astrologi quidam cum PETR. ALLIACO, in graff. in Ge-
nes. b. l. monstrose intelligunt, constellaciones diluvi-
um portendentes.

(**) Imbres hi per 40 dies concinui, qvomodo vel na-
turaliter vel miraculose possibles fuerint, in seqrenti-
bus audiemus.

(***) Negat THOM. BURNETIUS, in *Theoria Tell. Sacra*,
Liber II. cap. VIII. p. 141. ante diluvium extitisse montes,
perhibens, figuram terrae primigenit, fuisse exacte sphæ-
ricam, absque ullis inæqualitatibus, collibus & valli-
bus. Sed vel ex h. l. Mosaico. *Gen. VII. 17* patet, qvatn
ac veritati contraria ille hypothesis. Interim tamen,
nec nos adfirmare possumus, in tantam altitudinem sur-
rexisse montes ante diluvianos, ac hodierni surgunt;
potius, per diluvium, multos novos exortos, & anti-
qvibus fastigium eminentius additum esse, admodum est
verosimile.

(****) Qvale cubiti hic intelligendi sint, non conve-
nit inter Philologos & interpres. ORIGENES
lib. IV. contra Celsum, & AUGUSTINUS, *De civit. Dei, Lib.*
XV. cap. 27. cubitos volunt indigitari geometricos, sex
cubitum vulgaribus, seu IX. pedibus æquales. Sed tales
vel Moysi, vel Iudeis, vel Sc. Sæ. esse notos, nem o facile
probabis. Cubitos ergo constitues in Sc. S. tæpe usuvenien-
tes, qvorum quisq; sesqui pede, seu digitis transversalibus
24. definitur, hic intelligendos elic multi opinantur.
Sufficit enim, ut qrvias videt, altitudo aquarum, 22.
26. pedibus summorum moctum fastigia exsue-
runt, omni refugio, hominibus & animalibus, qvan-

* tumvis giganteæ proceritatis , præcipiendo . Qui uti-
que videtur finis fuisse hujus ævarum exuberantia . Fit
qvidem in Se Sa mentio quoque cubitorum sacerorum ,
qui singillatim continebant , cubitum vulgarem & pal-
mum , seu 4. digitos . Sed hot impræsentiarum , locum
habere non potuisse , quia in rebus tantummodo ec-
clesiasticis & sacris dimetiendis usurpabantur , putat JO.
JAC. SCHMIDT in *Biblischer Mathematicus* , P. II cap.
2. p. 116. JO. BERNA WIDEBURGIUS autem , in *Math.*
Bibl. P. I. p. 67. Cubitum Sacrum , tam hic loci , quam
Gen. VI. 15. 16. adhibitum fuisse existimat . Quo pacto
aqua supra montes eminuisse debuit 26 $\frac{1}{2}$ pedes .

(****) Gen. VIII. 3. 4. Hos CZ. dies JOS. SCALIGER
& SETH CALVISIUS numerant ab initio pluviae . Alii
autem , ut TREMELLIO &c. numerandos censem a
cessatione ejusdem ; Prior vero sententia textui Gen.
VII. 24. Gen. VII. 11. 12. collat cum Gen. VIII. 3. 4.
convenientior videtur .

(****) Ararat esse nomen terræ seu regionis , liquet ex
Esa XXXVII. 38. Jer. LI. 27. & qvidem ex communi
eruditorum consensu ARMENIAE majoris . In Arme-
nia igitur hi montes querendi erunt . Ibi autem cele-
briores & excelsiores non occurunt quam montes
Gordiæ . In uno igitur horum & speciatim qvidem ,
ut putatur , Lubar secundum TREMELLIO , vel Bari
editissimo , arca subsedit Qvod etiam erudite evictum
dedit SAM. BOCHARTUS . in *Pbaleg. & Cœsan Lib.*
1. c. III. Præterea narrant accolæ loci adhuc dum ho-
die rudera & reliquias arcæ , sed iam petrofactas con-
spici . Digna sunt ABR. OLEARII , quæ legantur ver-
bal in *Perfssher Reisebeschreib.* Lib. IV. c. 14 p. 398 Der
“ Berg Ararat , auf welchen , besage des 8. cap. Gen.
das

5

Das Noz Kasten sich gesetzt, war dem Ansehen nach fast
höher als der Caucasus und der höchste, den wir auf
der ganzen Reise, gesehen haben. Ist lauter schwarz
und rauher Fels, liegt eben des Sommers, so wohl
als Winters mit Schnee bedeckt. Die Armenier wie
auch die Perser alda, halten gewiß darfst das noch
ein Stücke vom Kasten Noz, welches so hart als ein
Stein soll geworden seyn, dorauff stehe Quell der Berg
aber, soll man ihn nicht mer können können. & reliqua.

§. II.

HAnc narrationem Mosis veram esse Historiam;
non autem allegoriam quandam, per se pa-
tet (*). Vnde etiam presse, secundum litteram
explicandam & intelligendam esse, prona fuit
consequentia. Juxta Canonem hermeneuticum:
Sensus literalis proprius arte tenendus nisi in fi-
dei analogiam aut morum praecepta, palam & vere
incurrat, & simul evidenter, ex eodem, vel aliis
locis, figuratus sermo detegatur & probetur. Præ-
terea auctoritas Sc:æ Sæ Divina, indeqve resultans
infallibilis ejus certitudo, veritatem ejus, & fidem,
extra omnem dubitationis aleam collocant.

(*] Liquet hoc præterea apertissime, ex Matth. XXIV.
58. 59. præcipue 2. Petr. III. 5. 6. Lusit igitur in re
seria Philologus Helmstadiensis HERM. VON DER
HARDT, dum in Historia Regni Babyl. everfi, p. 24. &
in Historia diluvii Noachici, Historiam diluvii scurriliter
exponere voluit de invasione Schytarum duce Ylino-
so in Palæstinam, Syriam & Melopotamiam. Cujus
modi nugæ, hominis viz sobrii, risum potius quam
gefutationem merentur.

§. III.

§. III.

Sed quemadmodum Sc: S: nullo non tempore, calumniis & cavillis hominum profanorum & celestorum exposita fuit; ita etiam ex hac historia Athei, Deistæ, Epicurei, antilscripturarii, aliquæ ex orco projecti emissarii satanæ, occasionem arripuerunt, veritatem Sc: Sæ ejusque auctoritatem, fugillandi & convitiis proscindendi. (*)

(*) Sic ISAAC. PEYRERIUS infelix ille Præadamitarum plastes, ne suas hæcæ creaturas, diluvii aquæ suffocares, posteritate hodie delectui, fateri cogeretur, diluvium intra Palæstinæ fines coarctat, & simul in Massen debacchatur, *in System. p. 204.* Ludicras HARDTII neniajam explosimus §. 2. Ceteros ex hoc græge porcos, in suo luto relingyimus.

§. IV.

Sed hos non moror, cum a carduis & spinis, ficus numquam expectari possint; magis autem id miror, quod viris ereditatione & S: litterarum veneratione conspicuis, saltim non mis, materialm offensionis hæc subministraverit historia.

§ V.

Llud autem, ad quod præcipue impegerunt, est moles illa aquarum, toti terrarum orbi, cum altissimorum montium cacuminibus, submerendo, sufficiens. Persuaserunt enim sibi, tellurem nostram, tantam vim aquarum vix continere, Per viam quidem miraculi, facillimum ex hoc labyrintho patere sibi exitum, videre poterant; at eam ingredi consultum non duxerunt, quum tali modo

medo, nodum se potius fecaturos, quam soluturos existimaverint. Qvæ qvidem prudentia eatenac non omnino vituperanda est.

§ VI.

Hinc factum est, ut in hoc punto, boni illi vi-
tri in varia abierint devia, & in scopulos erro-
rum inciderint. Sic multi diluvium hoc fuisse par-
ticulare, commenti sunt (*). Alii, nescio quas
aeras suprælestes in subsidium vocarunt (**).
Alii novarum aquarum creationem finxerunt (***)�
Alii ex diversa telluris primigeniæ facie rem expli-
care fategertint (****). Alii cometam, cauda sua
atmosphærā telluris tangentem, cauillam diluvii
exstisile fabulati sunt (*****). Alii, aliis commen-
tis rem implicarunt potius quam explicarunt.

[*] Particulare fuisse diluvium, non quidem ratione
hominum, sed ipsius telluris, multi magni neminiis
viri satiunt. Dicunt scilicet illam solum orbis partem, quæ ab
hominibus in habitata fuit, aqvis immersam fuisse; ter-
ras autem inhospitalitatis siccas manuisse. Quam opinionem
tuenter **IS. VOSSIUS**, in *diff. de vera astate mundi c. XII.*
p. 53. **EDW. STILLINGFLEETUS**, in *origin. sacre Bib.*
III. c. 4. §. 3. p. 1066. **JO. CLERICUS**, in *Comment. ad*
Gen. VIII. 19. &c alii.

[**] Aqva suprælestes, quemadmodum nil nisi otiosi
cerebri figmentum sunt; ita dum ad tellurem inum-
dandam derivantur, figmentum figmento cumulatur.
Fuerunt tamen plurimi, qui eas ad diluvium effi-
ciendum per plurimos coelos devolutas fuisse sibi per-
suaserunt. ut **AUG. STEUCHUS EUGUBINUS**, in *Ge-*
nes. b. 1. HIER. AB OLEASTRO, in *Gen. b. 1.* Nee ge-
fraga-

fragstur AUG. PFEIFFERUS in Dub. Tex. Cent. I. p. 69;
 [****] Ita tenet JAC. TIRINUS Comment. b. I. & slii. Sed
 inope, qvievit enim DEUS, die VII, ab omni ope-
 re suo, qvod fecerat. Gen. II. 2.

(****) Est hoc conamen, THOM. BURNETII; cuius
 de diluvio sententia hue redit: Ponit ille aliam suis
 "telluris faciem ante diluvium, sc. exacte sphéri-
 "cam & planam, crustæ ovali non dissimilem, im-
 "mensaque aquarum abyssō superstructam; Autem et-
 "iam ad solem habuisse situm; & qvidem talam, ut
 "axis ejus fuerit axi solis parallelus. Unde annus tunc
 "codem semper tenore tempore, continua sc.
 "estate & iugi solis ardore, ex ejus qvidem sententia
 "volvēbatur. Unde factum, ut progressu temporis,
 "nagis magisque exsuffca & arida fieret terra, & præ-
 "nimia siccitate, plenaris in locis, hiatus ageret &
 "rivas. Donec tandem, compage telluris hoc no-
 "do l. befactata & vaporibus infra terram auctis, tel-
 "lus, decreto tempore & conspirantibus caussis, p.
 "qvandam terræ motus speciem, rupta dissoluerit, &
 "in subjectam abyssum vario situ fragm. num, collap-
 "suet. Unde aquæ abyssi assurgentæ & intumescen-
 "tes, totam mollem fractæ telluris cooperuerunt & i-
 "terum paullatim subsiderunt. In Theoria Tell. Sacra Cap.
 IV. p. 33. Sed bene est, qvod auctor ipse incertitudi-
 nem opinionis suæ agnoverit, dum l. c. cap VII. p.
 43 ingenue fatetur: Hypothesis nostra de dissolutione ve-
 "ritate mundi, siue vera sit siue non; sed tem facetaum est, ita
 "se habere hinc omnia ac si vera esset. Proinde ingeniote
 hæc conficta esse non disputamus; at cum vnitate
 consentire negamus & pernegamus. Meritis enim con-
 jecturis, hypothesibus & precariis adumptionibus su-

2

pē strusta esse qvivit facile videt. Alias multi illum refutarunt, ut ERASM. VARREN, HERBERTUS CROFT Episcopus H. refordiensis, MELCH. LEYDECKER & alii.

¶ Hæc chimæra in cerebro nata est WILH. WHISTONI, qvi in sua theoria Telluris Anglico idiomate scripta, eam orbis sidendam exposuit. Eundem in modum ingenio induxit DETL: CLUVERUS, in Geologia. Sed qvia Moses hunc cometam ignorat, nec nos cum moramur.

§. VII.

Nos genuintas tantæ aqvarum molis causas investigaturi, ante omnia tenebimus universale omnino fuisse. & totum terrarum, qva patet orbem, inundasse diluvium hoc Noachicum. Qvod colligimus. (1.) Ab expressa Sc. Sæ littera Gen. VII. 19. a. Petr. III. 5. 9. (*). (2.) Ex universali interitu omnium viventium, tam hominum qvam animalium (**). (3.) Ex exquisita congregatiōne omnium animalium in arcām (***) . (4.) Ex altitudine aqvarum XV cubitali, super fastigia montium (****). (5.) Ex defectu vestigiorum ruptæ abyssi in Iudæa & vicinis regionibus (*****). (6.) Ex historia exotica, & testimonio scriptorum profanorum (#). (7.) Ex ruderibus & reliquiis diluvii ubiq̄ terrarum obviis (**).

(*) Clara stenim est litera, Gen. VII. 9. qvæ docet, aqvis opertos fuisse omnes altos montes, qvi sunt sub universo cœlo. Qvæ verba sine aperta vi & detorsione nullam admittunt restrictionem ad certas regiones. Eque evidens testimonium legimus. #. Petr. III. 5. 6. Is

qui vīm erat mundus aquæ inundatus perire. Quid clarius potuit dici?

(**) Testatur etenim Moses, omnia animantia periisse, Jam vero si particulare tantum fuisse diluvium, profecto homines in aliam terræ partem evassissent, ne quid dicam de animalibus, præcipue volatilibus, quæ profecto facillimo negotio in siccas terræ plagas se recipere potuissent.

(***) Quid quæ o' opus fuisse hac congregatiōne omnium animalium in arcā, Gen. VI. 19; si diluvium eantum certas regiones inundasset? facilius potuisset DEUS ea conservare, in oris & terris illis, ad quas non pertingebat cataclysmus. Bene D. JO FRANC. BUD. DEUS, in hist. Eccl. V. T. Per. I. sc̄pt. II. p. 146. Quid uiceesse fuisse tanto apparatu in arca conservari cum animalibus Noachium, cum saltem regionem eis ostendere potuisset DEUS, in quā insante diluvio se reciperet.

(****) Non enim potest aqua cumulatim subsistere, in montes & moles collecta, sed per declinationem minimam defluit; nec unquam nisi ad libellam quiete. Vide pueriliter errant, qui hoc factum esse statuunt. At dicitur potuit hoc fieri per omnipotentiam diuinam. Respondes: Si eo confugiendum erit, neque aquarum inopia laborabis ad diluvium universale necessarium.

(*****) Si in Palæstina sola & adjacentibus regionibus contingisset diluvium, profecto vestigia ruptorum fontium abyssi ibidem præ aliis regionibus cernerentur. At quia nil tale apparet, universale necesse est fuisse diluvium.

(**) Dum antiquissimos lustramus Historiæ profanæ scriptores, multa superimus apud eos, licet fabularum line-

involveris ut plurimum obsepta, diluvii cujusdam
universalis vestigia. Vnde profecto, veritati narratio-
nis Mosaicæ haud contemnendū accedit fulorum. Apud
Græcos scriptores, duo cum primis celebrantur diluvia;
alterum Ogygis in Attica & Boeotia, alterum Deu-
calionis in Thessalia. Prioris, præter alios meminisse
STRABO Lib. 9. posterioris autem HERODOTUS,
Lib. VII. c. 119. Memorabilia sunt, & diluvio Noachico
ad hunc conformia, quæ de diluvio DEUCALIONEO
narrat LUCIANUS de Syria Dea Tom. II. epp. p. 660.
cujus verba in Latinum versa sic fere sonant: Apud
Græcos autem, quod illi de Deucalione dicunt, audiri, sicut
gre se babet fabula. Hanc hominum generationem quæcc
nunc est, ab initio nequam fuisse sed eam, qua tunc
fuit tam interisse, hos autem homines, qui nunc sunt, cc
secundi generis esse, quod rursus a Deucalione in multitudinem
exerevit. De illis autem hominibus haec tradunt: eos cuic
essent admodum consumetios nefaria perpetrasse, juramentum
non observando, hospites non recipiendo, suspectas non fa-
rendo. Quam ob causam in magnam calamitatem in-
ciderunt, quum terra proculius aquam muleam effudit, cc
imbris magni ingruerunt, atque in tantum intumuit mare, cc
ut omnia essent aqua & omnes perierint. Deucalion autem
solus hominum reliquis est in secundam generationem, pruden-
tiae & pietatis gratia. Servatus autem fuit hoc padus: Ma-cc
gnam quandam terram, quam ipse habebat, liberis & uxori
in eam impositis conseruit. Ingredientem secuti sunt apri, cc
leones, serpentes & alia quæcumque in terra pascuntur, hinc
ne cuncta. Qua omnia exceptit, nec iustum laebant; sed magna
inter eos divinitus erat concordia. Atque haec quidem de
Deucalione Graeci tradunt. Haec Lucianus, apud JO. FR.
BUDDEUM, in Hist. Eccl. V. T. Per. I. Scil. II. §. 3. p. 148.

Ulterius progrederitur PLUTARCHUS; & in libro *terrestria in aqua*, anima, p*lus h*abent solerteriae, *pedias* tim columbe emissae meninit. Pariter evidentia sunt, q*væ* BEROSUS ex Chaldaeorum tententia, de diluvio fasto sub Xisutro (Noacho) rege iporum decimo, ab ALORO (Adamo) primo, narrat. Cujus verba adhuc leguntur apud FL. JOSEPHUM, *Antiqq. Iudaic.* Lib. IV. Q*væ* ipsa comprobat quoque testimonio suo, scriptor prius r*et* vestitus ABYDENUS, apud EUSEBIUM in *Praep. Evang.* Lib. IX. c. 12. Eodem modo, apud *Egyptios*, Afros, Sinenses, imo omnes fere nationes, memoria diluvii remansit, quarum traditio-nes recentere non vacat. Et quod mirris etiam Americani diluvium hoc norunt. Sic tradunt Peruanis Terras eas omnes, aquis meritis latuisse & perire homines, exceptis paucis, qui in lignea se receperunt vasa; ibi commensu*r* proviso egisse, donec aquæ decre-serent & abiarent; quod e canum collegerunt indicio, quos foras identidem emisfrunt. Ut testatur AUG. CARATA citante JO. JONSTONO, in *Ithumatogr. Na-*
tar. Cl. ii. part. 7 p. 60. Parte Mexicanos tradere re-
stet LUPUS COMARA, apud eundem Jonstonum, l.c. Unde conficitur, non potuisse tot gentes, immensis locorum spatis a se invicem distitas, hoc in punto tantopere consentire, nisi revera tale evenisse.

(**) Ejusmodi rudera & reliquiae, in omnibus fere or-
bis angulis, illis locis, eo siti atque conditione inae-
niuntur, ut cuivis solerti naturæ scrutatori apertissi-
me constare possit, easdem illue non nisi vi diluvii
cujusdam delatas esse. Sic, quis q*væ* restas con-
chyliorum in fastigia & juga altissimorum montium,
veluti Apennini & Alpium deduxisset, nisi aquæ di-
luvia

lūvii? Quas reperiit ibidem & quidem magna copia, partim int eras & p refactas, partim etiam figura post petrefactionem lapidibus impressa, conspicuas, constat inter eruditos. Si illes plurimi sunt in Svecia montes petrofactorum fractissimi. Apud nos quoque hic in Fennurgia mons excellus in paroccia Meria a- sto jacet, in cuius iugo e iusn odi t sita conchyliorum etiam conspicuntur. Inveniunt præterea quondam calcarii lapidis & metallisores in fodinis multas orgyas profundis, petrificatos pisces, conchas, nonnumquam arborum ramos, foia, humanos pollues & similia, quæ certe v ritatem diluvii, luculentem evincunt. Ex- hibuit orbi eruditio infinita ejusmodi JO. JAC. SCHEUCHZERUS, Physicus Helvetius celeberrimus, in Mu- sea suo diluviorum Ao 1788 edito, & multi alii eruditio- nis laude præclarri virti, LIEBKNECHTIUS, in Diluvii uni- versalis monumentis in Hassia conspicua, DAV. S/G BUTT- NERUS, in tractatu, quem inscripsit: ruderis diluvii testis Lips 1710. JO. WILH. MAIER, in Fossil. diluv. universi ro- num. & plures, quos recenset JO. ALB. FABRICIUS, de script. verit. Relig. Christ. p. 265 Imo reperiit supra no- minatus SCHEUCHZERUS in Alpibus Rhæticis, scel- ton hominis petrificatum, in ingenti lapide. De quo ipse, in Schediastmate quodam Ao. 1717, edito sub tit. Homo diluvii testis, fuisse consuli potest; quod vestigi- um diluvii est omni exceptione maior. Nonnulli quidem cum VALLISNERIO, haec omnia pro Iusibus naturæ, testas, folia, ossa, &c. imitantis, venditant, alii cum LUDIO leminia lapidibus concedunt; ne- utri ullo idoneo argumento innixi.

§. VIII.

Edicta sic diluvii universalitate, jam proprius ad modum, quo illud contigit timandum, de- vol.

volvimus. Id certum est, absque peculiari Dei & extraordinario concursu, factum non fuisse. Faces-
sant igitur illi cum ineptiis suis, qui nullas nisi
naturales causas hic videre volunt. Fuit hoc do-
cumentum singulare, justitiae simulacrum omnipoten-
tiae divinæ, qui hoc pacto sedam & Atheisticam
hominum antediluvianorum vitam, ulciisci voluit.
Hinc proinde primario repetenda est origo diluvii,
illa fontium abyssi eruptio, illaque catarractarum
coeli referatio; Secundum ordinarias naturæ vices
eiusmodi clades numquam accidisset. Unde enim
tum repente ille furor aquæ, ut e cancellis suis
subterraneis velut impetu facto erumperent? unde
illa vaporum copia in Atmosphæra, quæ naturali-
ter XL. dierum continuis iisque vehementissimis
imbribus sufficeret?

Miraculum proinde fuit diluvium hoc universale. Sed
quale miraculum fuerit, non omnes rite attenderunt,
& idcirco in alios atque alios impegerunt errorum sco-
pulos. Non quidem constitutum jam nobis est, do-
ctrinam de miraculis hic tradere, id tamen observo,
communiter doctrinam hanc perplexe & obseure pro-
poni, imo ne rite quidem, quid miraculum sit defi-
niri. Convenientissima autem definitio est, quam sup-
peditat SAM. CHRIST. HOLLMANNUS, in commen-
sat. de miraculis eorumque criteriis. Ad 1722: & sic audit.
«Miraculum est effectus supernaturalis ex causarum
secundarum operatione non oriundus, sed a DEO pro-
ductus. Vnde patet miraculis angumeranda esse, non
tantum ea, quæ vires naturæ plane superant. Ut quies-
solis tempore Iosuæ. Jos. X. 13. Eclipsi solis tempore
more.

mortis Christi. Matth. XXVII. 45. Sed etiam ea, quæ
et si vires naturæ non superent, non nisi supernaturali
modo tamen effectum fortiuntur. Et hujusmodi mi-
raculum, certo respectu quoque fuit diluvium:
quod qvidem vires naturæ eatenus non supersavit, qua-
tenus si aquarum pluvialium & abyssi contigit; In-
teriorum modus tamen quo producatur supernaturalis
fuit.

S. IX.

Quemadmodum autem DEUS in effectibus suis
extraordinariis & supernaturalibus, non solet
negligere causas secundas, simulque etiam in ejus-
modi casibus, qvicqvid agit, via simplicissima, bre-
vissima & quantum fieri potest naturali agit; ita
quoque liquido patet, ipsum hoc idem etiam circa
immisionem diluvii observasse. Quo autem modo,
DEUS cum hisce causis secundis concurrerit, &
qua ratione eas, ad effectum diluvii promoven-
dum ordinaverit, proposita nobis brevitas, jam ve-
rat disqvire. Retervamus hoc, si DEVS vitam
& vires concederit, ad partem posteriorem. Id
tamen interea spondemus, a Sc.æ S. dictamine, ne
latum qvidem ungvem nos deviaturos, sed mediis
diluvii ab illa traditis physice explicandis, unice
inhæturos, simulque dilucide ostensuros, qvomo-
do fuerit illa aquarum copia, quæ in tellure nostra
occurrit ad ipsam inundandam sufficiens.

COROLLARIA.

It: I.

Dari vacuum disseminatum rationibus haud con-
temnendis probari potest.

Ab:

Existentia Dei a posteriori apodictice demon-
stratur, a priori autem vix probabiliter.

Metaphysica Wolffii tanti non est facienda,
quanti a vulgo sectariorum sit.

Materia Calorifica, Gravifica magnetica, &c.
nugae sunt.

VT philosophia eclectica, sano sensu, sola Phi-
losophiae veræ nomen meretur, ita Philosophi-
a sectaria, quando e. g. auctoritate quis Aristote-
lis, Cartesii, Wolffii &c. vniuersititur, veritatis stu-
diose indigna est.

Verbis planis, perspicuis & quantū fieri potest vul-
garibus, in philosophando studendum; Terminii
autem vagi, scholastici, spinosi & barbari, quos
multi postulatio introducere laborant, proscribendi.

Nilmum subtilitatum metaphysicarum, specula-
tionum abstractarum & questionum disputabi-
lium studium, semper fuit veritatis & veræ Philoso-
phiæ remora.

Systema Harmoniae Præstabilitæ criminatio[n]e, quod
ad idealium viam pandat difficulter diluere pot-
erit.

Experimentiæ & experimentis, superstruenda est
scientia naturalis, hypotheses autem, penitus
relegandas.

Då Auctoren Högawillärde Herr
ERICUS LEMQVIST

Om Tyvafloden berömligen d. pur rade, betygade d.s.
gode Då földes sin flagnad.

S Andlig är vår Erras nöd,
Men doch på sond och överbörd
Mållt andlig följa straffet svårt,
Han wántar férst men slår ten hårdt.
Beråndom vi den föesta vårdid,
Hon var i ondstan svårt besvärd,
Och droa på sig Guds wredes hand
Och straffet öfver alla land.
Hon tältes med en syndaled
Den öfwer Vergens högder stod;
Så dränktes då de sindare,
Som af Guds godhet gjorde spe.
Det wissen I min vårda Wän
Dör alla vittra Lärla m'n,
I denna Eder handa-sjöab
Der af Ehe wettenkap blir rögd.
Eh utaf detta Ehet arbet
Man son och af det förra wet,
Hurleds I tiden väl anlagt
Och icke den til lättian brogt.
Hag önskar nu och allon fiund
Så utsaf mun som hierrans grund
Det Himlen må beldna Ehe
Med sina nåder mer och mer.

NICOLAUS TAULERUS
Sæcundensio.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

ENTINAT 215 JOHN

John 215